

64 Invictissime cæsar, domine clementissime.
 Vix ego manibus dimiseram calatum quo signaveram, consueto more, litteras, quibus additionalis hæc cedula inclusa est, et ecce advenit una cum scholastico nonnulli ex canonicis ecclesiæ colegiatae Sancti Servasii huius oppidi, magna quoque hominum turba, referentes: primum, quod jam jam in eadem ecclesia quedam mulierculæ accesserant, ac deinde producentes, illam cum signis ipsis erat autem muliercula marito legipotimo prolem; et quemadmodum qui cum ea advenerant testabantur bonæ famæ mediocrisque fortunæ, laboribus manuum suarum tam ipsa quam maritus suus vicitantes, ex cuius relatu et testimonio matris et vicinorum eius coram nobis constitutorum accepimus: quod, cum, die dominico antequam fuit nona dies huius mensis maii, paulo ante cœnam, in domo sua curaret, de more, rem familiarem, admonita a matre præsente ut peplum mudaret, nihil suspicata ejusmodi novitatis, deposito illo comperit desuper et iam nunc permanenter adhuc vidimus, signum crucis, magnum et amplum, coloris aurei, suis fibribus penetratum, atque singulos eius quatuor angulos interiores crucem unam parvam, ejusdem coloris, precise ut arma hierosolymitani regis depinguntur, in medio maioris crucis aliam sanguinolentam; territa ergo et cum reverentia ad locum mundum id peplum reposuerat sumpseratque aliud. Vix transit hora cum aliud quoque signum simplicis crucis sed et etiam grandis in eodem apparuit; deinde vero, cum subsequente die martis, a quo hic dies est octavus, quamplices vicinae ad eamdem ejus domum, quam (?) quidam (?) in mortorio comitatus vestro delhemense et diocesis mea leodiensis habitat, quæsivissent, ut quea jam dicta sunt signa conspicarentur, et adessent nonnulli de modo quo res acciderat hæsitantes, apparuerint subito, admirantibus et videntibus cunctis, in eo populo, quod tunc gestabat in capite, cruces quam plurimæ diversorum colorum, croceæ videlicet et rubræ ac fulgentes; et dum id peplum deposuissent, resumptus successive iterum atque iterum alias mundis intuerentur, quæ diligentia ipsam universis quam primum capiti ejus supposita erant, apparebant e vestigio signa priora cum respersione macularum sanguinis in circuitum sic et aliis diebus quibusque usque in externum inclusive circa eam et palam semper ac publice diversis temporibus ibidem accidit, ita ut in novem diebus pepla tredecim propterea 65 mutaverit; et insuper diem quandam vice cum ea quam plurime de præmissis colloquerentur, viderunt aperte inter colloquendum exoriri in ejus poplo cru-

cem latitudinis unius digiti, coloris item, et saporis melini, cuius stipes a' gutture inferius labrum usque ad dentes exurgebat, brachia vero protendebantur ex adverso inter mentum ipsum et labrum prædictum quanta est oris amplitudo sue, cum ad astantium admonitionem levare manum dextram conarentur, apparuit et subito consimilis crux in eadem, itaque retracta sinistra manu cum utrobique signa ejusmodi duabus fere horis præstifissent, demum prout advenerant, ita etiam disparuerunt non sine vehementi spectantium errore et admiratione. Verum cur ipsa hodie hue mane advenerit casum hunc comperimus, quod dum sancta (?) signa prædicta circa ea non cessarent, quin imo quod hæri novissime aperuerat, cæteris omnibus erat magis horridum, nec solum crucis signum quin et veluti asta quedam ac desuper nonnulli characteres cruenta quidem omnia geludebantur in circulo viride totum contingenti caput ac proferente hinc inde acumina ad modum spinarum; et propterea in camisia marii sui, quam ex chrimio mundam protulerat, novem subito cruces sanguinolentæ et aliorum colorum diverse aliae circa pectoralia apparuerunt, horratus est, et jam pastor suus, ut, cum sint nunc jam indulgentiae jubilei, veniret hue purgatum conscientiam. Acquiescens igitur tam salubri consilio, vellata tredecimo ejusmodi peplo signato, ut præfertur, conversionem hoc mane fecit in ecclesia sancti Servasii supradicta, apud provintialem Sancti Augustini, hor-dinis eremitarum provintiae coloniensis, sacrae theologiae professorem, inter octavam et nonam horam, quo tempore, cum propter processionem, ut in his rogationum diebus fieri solet, servandam, secunda jam summa missa decantaretur, ipsaque muliercula, jussu confessoris, ascendisset in chorum, ut ibi devotius horaret. Introducta subinde est, majoris causa religionis, de mandato decani et confratrum, ab scholastico et canonicis et vicariis ecclesiæ in sacrestiam, ubi reconditæ sunt ecclesiæ eiusdem reliquie principaliores; et tandem, alato post orationem ipsi mulierculæ peplo nitido et immaculato, rogata, ut, ne eum tanto intuentium honore per plateas incederet, aliud ibi relinquoret, assumens ipsa novum, tunc sibi per unum ex canonicis præfactis oblatum, videntibus cæteris, qui etiam vita cum eodem pari voto omnes in faciem et manus illius attentissime considerabant, quam primum capiti illud applicuit, errupit in ipsius pepli parte anteriori, qui quidem in aperto omni conspectu et extra ipsius mulierculæ contactus erat, repente sanguis tanta certe copia, ut confessim in ad unius digiti longitudinem et